Schwedianer, Franz Xaver

Wien.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA.

EXHIBENS

DESCRIPTIONEM PRÆPARATORUM ANATOMICORUM ET INSTRUMENTORUM CHYRURGICORUM, QUÆ POSSIDET FACULTAS MEDICA VINDOBONENSIS, OMNIUM, ALIORUMQUE NONNULLORUM.

QUAM

AUTHORITATE ET CONSENSU

Illuſtriſſimorum, Perilluſtrium, Magnificorum, Spectabilium, Clariſſimorum Virorum,

Perilluſtris, Magnifici ac Conſultiſſimi Domini

UNIVERSITATIS RECTORIS,

Reverendiſſimi, Illuſtriſſimi, ac Ampliſſimi Domini

UNIVERSITATIS CANCELLARII,

Perilluſtris, Magnifici, ac Clariſſimi Inclytæ Facultatis Medicæ

DOMINI PRÆSIDIS, ET DIRECT. PRIM.

Perilluſtris, Spectabilis & Magnifici ejusdem Facultatis

DOMINI PRÆSIDIS, ET DIRECT. SEC.

Perilluſtris, Spectabilis ac Clariſſimi Facultatis Medicæ

DOMINI DECANI,

DD. Sacræ Cæſareo-Regiæ Apoſt. Majeſtatis Conſiliariorum, ac Archiatrorum, nec non Clariſſimorum

D. D. PROFESSORUM,

VENERABILIS DOMINI SENIORIS,

atque totius Ampliſſimi

D. D. MEDICORUM COLLEGII,

Pro Gradu Doctoratus, ſummisque in Medicina honoribus, ac Privilegiis legitime conſequendis

PUBLICÆ DISQUISITIONI COMMITTIT

FRANCISCUS XAV. SCHWEDIAUER,

AUSTRIACUS STYRENSIS.

DISPUTABITUR IN UNIVERSITATIS PALATIO

Die Menſis Novemb. Anno MDCCLXXII.

VIENNÆ, LITTERIS SCHULZIANIS.

VIRO CELEBERRIMO

FERDINANDO LEBER,

SAC. CÆS. REG. APOST. MAJEST.

CONSILIARIO

CHYRURGIÆ DOCTORI,

INSTITUT. CHYRURGICARUM, AC ANATOMIÆ

IN ANTIQUISSIMA AC CELEBERRIMA

UNIVERS. VIENN.

PROFESSORI

PUBLICO ORDINARIO

ET NOSOCOMII CIVICI

CHYRURGO &c. &c.

Felicitatem.

Vir Celeberrime!

Te duce, sanam, eamque optimam institutionem chyrurgicarum Theoriam sapere incepi; Te duce, haud exiguos studii anatomici labores acceleratis passibus evasi, ambarum denique scientiarum ambitum, & usum, & animam agnovi; Quid? fœcundis Tuis publicis imbutum principiis singulari benignitate, cujus sine jucunda animi affectione recordari non queo, ad privatas Tuas instructiones sevocasti, & si quæ relictæ fuerunt intellectui, tenebras benigne dispulisti.

Cui itaque, nisi Tibi, Vir Celeberrime! repræsentem opus, ad quod conficiendum me utilitas materiæ allicuit, favor stimulavit, applausus Tuus animavit; opus, quod, Te plurimum cooperante existit, & quod thesauro laborum Tuorum, & nobilissimis, quibus constat, meritis condonasti.

Sentio, Te ea non despicere, quæ incontaminato corde Tibi offero, quum & ego intellexerim, esse præstantis Viri neque blanditias affectari, nec præterire merita Virorum, de quibus tacere nefas est. Non infirmis aliorum præjudiciis deterreri consuesco; sola virium mearum debilitas, & impotentia Tibi satisfaciendi mihi consuluissent, Dedicationem supprimere, nisi dulce esset, & decorum singulari erga Discipulum benevolentiæ Præceptoris optimi, publicum gratitudinis statuere Monumentum. Vale.

Author.

L.B.

B. L.

En Thesaurum præparatorum anatomicorum Virorum celeberrimorum Ruyschii, Albini, Lieberkühnii, magnorum artificum labores maximos, Thesaurum, quem integrum cum sexaginta sex microscopiis variis beatus modo illustriss. L. B. van Swieten indefessa industria, sumptibus maximis collegit, tandemque qui viri summi in scientias, qui in Scholam medicam *Vindobonensem* amor! pluribus retro annis collegio medico donavit, donum viginti millium florenorum, certe pretiosum.

Sunt inter ea præparata & non nulla a me descripta, quæ a pie defuncto, sed nimis mature errepto beato Gassero anat. Professore, Viro, a quo plurima omnino egregia in anatomicis sperare licuisset, fuerunt elaborata.

Adjunxi descriptionem pretiosorum anatomicorum, & chyrurgicorum, quæ possidet Universitas, Instrumentorum omnium.

Descripsi etiam quæ cel. Prof. LEBER in proprio musæo conservat artificiosa, rara, carissima præparata anatomica; simulque præparata Partium morbosarum, quam tamen tempore præpeditus, indicationem earundem nominare malim, quam descriptionem plenariam; sed alio tempore forsan hæc ultima dabo exactiora.

Adnecto tandem ea, quæ Collegium medicum pauco ab hinc tempore obtinuit, inter quæ ille abortus fæminæ judææ in fine Nro. 4to. a me descriptus singularem omnino obtinet locum, quem *Celsissimus S. R. I. Princeps* CAROLUS DE LIECHTENSTEIN magno pretio comparavit, donavitque collegio medico.

OB-

OBJECTA,

QUÆ HABENTUR IN SEXAGINTA SEX MICROSCOPIIS IN SEPTEM TABULIS RECONDITIS.

TAB. I.

Nro. 1. De Pulmonibus bovinis.

Nro. 2. De Rene humano.

Adparent hic & fiſtulæ *Bellinianæ*, & adſunt corpuſcula rotunda ſingularia, forte glanduloſa.

Nro. 3. De Glandula Parotide.

Injectio facta per arteriam ita, ut per venas redierit cera, & per ductum ſalivalem; deſumtum ex ſubjecto, cujus caput inter omnia maximo ſucceſſu impletum fuerat. Omnia ſunt in ſitu naturali.

Nro. 4. Venæ & arteriæ, quæ in membrana craſſorum inteſtinorum externa conſpiciuntur.

Nro. 5. De Placenta Uteri.

Injectio facta per arterias, ſic ut per venas redierit. Arteriae venas hic melius, ac in ulla alia parte concomitantur. In arteriis cera fere magis rubet, ac in venis.

Nro. 6. Villorum Arteriæ & Venæ.

Sunt ex inteſtinis tenuibus; craſſa enim villis deſtituuntur, & illorum ſuperficies potius folliculoſa dicenda foret.

Nro. 7. Locus Glanduloſus Ilei.

De loco glanduloſo ſic dicto ilei, circa finem ilei: Peyerus loca illa, ubi villi irregulari ſitu inveniuntur, & ſic nudo oculo a reliquis diſcrepare videntur ſtructura, pro glandulis, quæ mucum inteſtinorum ſeparant, habuit, ſed erravit; Locus enim ille glanduloſus Peyeri ſunt villi irregulares modo ſibi vicini, modo diſſiti; ubi diſtant a ſe invicem, glandulæ folliculoſæ plures ac alibi inveniuntur, ſtructura tamen ubique eadem; ratio autem, quare illi villi circa finem ilei ut plurimum irregulariter ſiti ſint, a connexione cum coeco petenda. Loca Peyeri in reliqua ſuperficie inte-

ſti-

ſtinorum tenuium juniorum hominum, ubi nihil praeternaturaliter mutatum, rarius & aliquando vix adparent, in brutis nonnullis abſunt; ut & ſic aliam originem muci eſſe adpareat; nec pauca illa loca ad inſignem muci quantitatem parandam ſufficiunt.

Videatur de his LIEBERKÜHNIUS, *de villis inteſtinorum.*

Nro. 8. De Margine Labiorum ad folliculos glanduloſos copioſos, qui marginem cingunt, & pingui referti adhaeſionem fluidorum & ſolidorum impediunt, demonſtrandos.

Margo labiorum pulchre adparet; quamplurimi folliculi glanduloſi una ſerie ad invicem poſiti videntur, & hæc pars eſt margo labiorum, qui cuti exteriori contiguus eſt. Altera ſeries vaſorum eſt de parte labii rubentis naturaliter.

Nro. 9. Pulmo Ranae.

In hoc fruſtulo pulmonis ranini videmus parietes in una linea ſitos, aliquot cellularum majorum pulmonalium, & in his vas arterioſum, quod dividitur in rete, & quod rete tranſit in venam, & ſic anaſtomoſi vaſa pulmonalia junguntur.

Nro. 10. De Pulmone Teſtudinis.

In hoc arteria, & vena major, & rete intermedium clarius. Horum binorum fruſtulorum accurate depictam figuram ſervabat Lieberkühnius, eamque cum aliis in deſcriptione fabricæ pulmonum ab illo fruſtra exſpectabamus. In iisdem his locis in vivo animali circuitum ſanguinis ante vidit, & quid ſanguini ubicunque factum fuerit, obſervavit, quod habetur ſequentibus.

Quoquot animalium, qui ſanguinem rubrum, & ſimilem liquorem ex globulis conſtantem venis habent, pulmones examinavi, ſemper inveni maximam ſuperficiem hujus viſceris vaſculis proprie dictis retiformibus compoſitam eſſe; & diligenti obſervatione rationem hujus decurſus, & connexionis horum vaſorum vidi oculis, non ratiocinio, quæ hæc eſt.

Quando in minimis arteriolis totius corporis ſanguinis rubri particulae hinc inde ſtagnant, confluunt plurimæ in unam maſſam; immo ſi ſerum diutius has ſolum transeat, vidi microſcopio plurimos globulos unum quaſi filum polypoſum formaſſe. Hoc filum aliquando dilatata arteria transprimitur, cum reliquo ſanguine venoſo redit ad cor dextrum, hinc in pulmonis arterias pergit, usque dum ve-

venit ad primum angulum, qui oritur ex divisione vasis, adeo parvum, ut ingredi nequeat: ibi dum obstruit unum vas, impedit transitum lymphæ in utrumque: hæc lympha massulæ facile figurabilis partem trahit secum in alterum vas, & tanta vi, ut in duas partes massa rumpatur; dum ad sequentem angulum venit, si adhuc nimis magna est, denuo frangitur: sic in toto pulmone sanguis redux, venosus, coagulatus disrumpitur, & in globulos formatur, qui arterias rubras transire possint. Hoc in pulmone Ranae, Testudinis, Lacertae, magno oblectamento adparet.

TAB. II.

Nro. 11. De Pulmonibus humanis aliud Frustulum.

Per arterias depictam hujus figuram LIEBERKÜHNIUS servabat.

Nro. 12. De Vena Portarum cera durissima repleta, & exesa.

Est ex homine: sunt venæ portarum tantum vasa minima sic multa arte impleta, ut in venas hepaticas non transierit cera. Si alio colore vena hepatica impleta fuisset, occursus horum vasorum appa-

paruiſſet, & in loco occurſus oriuntur ductus minimi bilem ſecernentes.

Nro. 13. Ruyschiana membrana oculi.

Fere inſtar pulmonis fabrica apparet: nullibi in corpore ſimilis adeo pulmonibus fabrica invenitur. An ut ſimili modo ſanguis adtenuetur? & ut periculoſa adeo in hac parte ſtagnatio impediatur?

Nro. 14. De Pulmonibus Piſcis.

Eſt ex piſce *Zander*, (qui *lucii marini* ſpecies videtur,) qui libras viginti ponderabat; aliquot piſces irrito conatu cera impleti fuerunt, in minoribus ſuccedere noluit: & ex integro piſce hoc ſolum fruſtulum perfecte impletum fuit; fabrica talis eſt: lamellæ quamplurimæ una juxta alteram ſupra cartilagineum planum ab utraque parte poſitæ ſunt, ut magna ſuperficies formetur, & plurima vaſorum reticula, ut in parietibus cellularum pulmonalium animalium terreſtrium, formari queant.

Nro. 15. Idem quod Numero 14.

Ibi videtur adhuc melius lamellarum numerus, & vaſa arterioſa, & venoſa majora, a dextra & ſiniſtra, quæ ramos ad ſingulas lamellas dant, & ſic anaſtomoſibus retiformibus confluunt.

Nro. 16.

Nro. 16. De Hepate humano ſubtili cera impleto.

Per venam portarum injectio fuit facta, ſed ita ut per omnia vaſa, nempe per venam hepaticam, per ductus biliarios, per arteriam hepaticam redierit cera: nullibi aliquid in integro hepate fractum erat.

Nro. 17. De Tunica villoſa inteſtini tenuis vitulini per arterias & venasimpleta.

Villi non aeque ac in homine bene impleti ſunt, licet hoc ſaepius tentatum fuerit.

Nro. 18. De Teſticulo humano.

Teſticulus impletus fuit per arteriam, ſic ut per venas redierit cera: fruſtulum dein de interna ſubſtantia abſciſſum fuit. Videntur ſic optime vaſa, quae ſanguinem vehunt, vel vehere poſſunt, in ſitu & connexione naturali; cum antea liquido immerſum non acri, quo transparens factum hoc fruſtulum, ſervatum fuerit.

Nro. 19. De Epidydimide humana.

Epidydimidis pars exterior, teſticulo adhaerens; in qua parte vaſa ſpermatica adhuc videre licet, ita, ut in hac parte integram fabricam ad ſemen conficiendum ne-

necessariam detegi posse spes sit. Sed nondum nota est. Plures adhuc in aliis testiculis similes particulas observare quocunque modo, & arte debemus.

Nro. 20. Tunica Testiculum cingens.

Per arterias injecta.

TAB. III.

Nro. 21. De apice digiti infantis ad papillarum Tactus cum papillis linguae similitudinem demonstrandam.

Nro. 22. Tunica cellulosa intestinorum tenuium ex homine.

Nro. 23. Iris oculi recens nati.

Est externa iridis superficies, quæ corneam spectat.

Nro. 24. De cartilaginea origine patellae infantis recens nati.

Demonstrat cartilagines vasis compositas esse; quo magis molles adhuc sunt, eo plura impleri possunt, ut nonnisi vasa esse in initio cernantur, & *Nro. 57. Tab. VI.* monstrat os subsequens eodem modo formari.

Nro. 25. Pars plexus choroidei humani per arterias impleti.

Nro. 26. Glandula jugularis.

Nro. 27. Glandula jugularis alia.

Nro. 28. Musculi adtollentis oculum Pars.

Nro. 29. De Membrana, quæ cavitatem pelvis Renum investit.

Nro. 30. De membrana, quae ureterum superficiem internam tegit.

TAB. IV.

Nro. 31. De Glande penis humani.

Est lamella a glande abscissa: papilla marginem glandis investiunt potius.

Nro. 32. De Tunica Sclerotica oculi inflammati.

Oculi sclerotica, & cornea ante mortem inflammata erant ambæ, alias vasa hæc nunquam potuissent impleri, & monstrant, quod & sclerotica vasis composita sit, quamvis vere tendinosa, & densissima.

Nro. 33. De adnata oculi cum margine palpebræ ad Glandulas *Meybomianas* demonſtrandas.

Adparent meræ tantum ramificationes vaſorum; ſed dum adcuratius examinatur, adparent & foraminula parva in parte elevata, quæ folliculi Meybomii, non glandulæ, dici deberent. Sed monendum hic, non uno modo omnia demonſtrari poſſe in recenti, non ſiccato; in exeſo, in ſiccato, in differenti materia & modo impleto &c. vario modo hæc examinari debent.

Nro. 34. De Superciliis humanis.

Ad inquirendum circa crinium originem, incrementum &c.

Nro. 35. Muſculi adtollentis oculum (Nro. 28.) pars tendinea.

Nro. 36. Interna ſuperficies buccarum ad folliculos glanduloſos oris demonſtrandos.

Egregium fruſtulum: exhibet inprimis aliquot folliculos glanduloſos, & cum ſuperficie aſperæ arteriæ aliquo modo convenit.

Nro. 37. De Tunica vaſculoſa inteſtinorum tenuium in homine

Eſt ex inteſtino jejuno humano: venæ ibi adparent virides & majores.

Nro. 38. Demonſtrat Tunicam internam, aſperam arteriam inveſtientem.

Nro. 39. De Pulmonibus humanis.

Per venas repletio facta fuit, & magis rubet.

Nro. 40. De Tunica interna inteſtinorum tenuium per arterias & venas repletorum ex homine.

TAB. V.

Nro. 41. De Veſicula fellis.

Ex homine: impletio facta per arteriam hepaticam.

Nro. 42. Humor cryſtallinus Ranæ.

Adparet illa pars, quo humori vitreo immerſa eſt.

Nro. 43. De Tunica villoſa inteſtinorum tenuium hominis.

Nro. 44. Arteriæ hepaticæ finis.

Nro. 45. Tunica interna inteſtinorum craſſorum.

Superficies hæc villis deſtituitur, & lacteis quoque: favorum adinſtar cellulis tegitur, quibus mucus ſecernitur, & inhæret, & ſic a contactu, & reſorptione arcet ſtercora.

Nro. 46. De Rene humano.

Horum ſtructuram perfectam ſcire poſſumus; cera enim dura per arterias impleri poſſunt, ut redeat per venas, & per tubos *Bellinianos*, dein exedere, & microſcopio omnia in ſitu plane naturali conſiderare. Nihil folliculoſi adeſſe putavit LIEBERKÜHN.

Nro. 47. Papillæ linguæ.

Nro. 48. Renis ſuccenturiati Pars per arterias.

Nro. 49. Lienis arteriæ ex infante.

Nro. 50. De Tympani membrana in homine.

Eſt pars illa, quæ meatum auditorium reſpicit.

TAB.

TAB. VI.

Nro. 51. De Periosteo cranii humani.

Nro. 52. Epiglottis dimidia infantis recens nati.

Nro. 53. De Tunica interiori Ventriculi humani.

Notandum, quod superficiei internæ ventriculi structura multum differat ab illa intestinorum tenuium, villi non adsunt, ut celeberrimi viri dixerunt, nec ullo modo cum structura intestinorum crassorum convenit, hæc tamen structura nondum satis intellecta habetur. Frustum illud desumtum ex homine, qui ventriculo vacuo mortuus erat; longe aliter adparet, si pleno ventriculo homo moritur: in omni casu debet examinari.

Nro. 54. De Perichondrio auriculæ humanæ.

Nro. 55. De Periosteo dentis.

Nro. 56. Cartilaginea origo dentis infantis recens nati.

Nro. 57. Membrana *Schneideriana* narium.

In illa adparent corpuscula rotunda quædam, videntur folliculi mucosi: sed ra-

riores ſunt, nec videntur præcipuum ſecretionis organum. Dum implebatur hæc membrana, microſcopio examinanti adparuerunt infinita vaſorum oſcula ubique aperta, & materia ubique effluebat.

Nro. 58. De cavitate tympani auris humanæ.

Nro. 59. De cute circa pudenda, ad vaſa reſorbentia, & exhalantia demonſtranda.

Vaſa reſorbentia ab exhalantibus diſtinguuntur, quod reſorbentia angulum offerant acutum vaſi, in quo ſanguis impellitur: exhalantia, quæ obtuſum.

Videatur de his diſſertatio Lieberkühnii *de villis inteſtinorum.*

Vaſa reſorbentia in hoc cutis loco copioſiora ſunt, quam exhalantia.

Nro. 60. De membrana muſculoſa inteſtinorum tenuium.

CAPSULA MINOR EX LIGNO; CONTINENS MICROSCOPIA SEX.

Nro. 1. De Pulmone bovis per arter. rubro: Ven. bruno colore.

Nro. 2.

Nro. 2. Arteria hepatica rubro: Ven. Port. bruno colore.

Nro. 3. Pulm. Teſtud. per art. & ven.

Nro. 4. Vena Portæ br. vena hepat. r. col.

Nro. 5. De Rene human. per. art. & ven.

Nro. 6. De Pulmone lucii piſcis per art. & ven.

Microſcopium ex aurichalco factum: ad demonſtrandam circulationem in ranis, piſcibus &c. Capſula, in quibus alia Microſcopia duodecim continentur, ad faciendas obſervationes quascunque.

Microſcopium perpendiculare, magnum, menſula inſtructum, cum requiſitis.

PRÆPARATA IN LIQUORIBUS CONTENTA.

1. Epidermis brachii infantis recens nati una cum unguibus.
2. (Epidermides ſimiles Nro. 1.
3. (
4. Epidermis pedis infantis cum unguibus.
5. Epidermis pedis adulti cum unguibus.
6. Epidermidis portio, & corporis reticularis ex ſemi æthiopiſſa, (*Metiſſe* vocant.)

7. Portio epidermidis, corporis reticularis, & cutis ex femi æthiopiffa, ut Nro. 6. ubi adparet corpus reticulare leviter nigrescens.
8. Segmentum cutis defumtâ epidermide, ubi papillæ elevatæ, & pulchre rubent, ob injectionem per arterias factam.
9. Segmentum fimile Nro. 8.
10. Brachium infantis per arteriam materia ceracea repletum, ubi detracta epidermide, & unguibus omnia adparent rubra, papillæ cutaneæ rubræ erectæ in brachio.
11. Brachium infantis per arteriam materia ceracea repletum, remanente epidermide; papillæ cutaneæ erectæ, & rubræ.
12. Manus ubi epidermis detracta, ut papillæ confpiciantur.
13. Manus fimilis Nro. 12.
14. Pes infantis per arteriam repletus detracta epidermide, & unguibus; omnia adparent rubra.
15. Pes fimilis Nro. 14.
16. Segmentum inteftini ilei, ubi adparent rotunda corpora, forfan glandulæ inteftinales mucum fecernentes.
17. Segmentum fimile præcedenti.
18. Circumvolutiones inteftinorum cum mefenterio, cujus vafa parum impleta funt per arterias.
19. Simile Nro. 18.
20. Segmentum fimile Nro. 16.

21. Por-

21. Portio inteſtini cœci cum omento, injectio per arterias facta.
22. Inteſtini ilei portio, ubi tunica villoſa injecta.
23. Inteſtini vitulini tunica villoſa ſeparata, injecta arteria flava, vena rubra materia.
24. Inteſtini ilei portio ſimilis Nro. 22.
25. Ilei humani ſegmentum, in quo luculenter viſui occurrit tunica celluloſa, repletio per arteriam facta fuit, & ſubjectum optimæ notæ.
26. Segmentum inteſtini jejuni ex infante, ubi tunica villoſa ſeparata a tunica vaſculoſa, & injecta.
27. Portio inteſtini jejuni circa illius finem, ubi valvulæ diminutæ, & villi, corpuſculaque rotunda conſpiciuntur; omnia rubent.
28. Inteſtini jejuni valvulæ conniventes, pulchre rubent.
29. Inteſtini jejuni ſuperficies interior ex homine valvuloſa, vaſis pulchre repletis, ubi villi eminentes adparent.
30. Inteſtini tenuis portio ex vitulo per venam pulchre repleta, ubi papillæ adparent plus, quam in homine.
31. Inteſtini cœci cum adpendice, & portio coli, ubi arteriæ rubent, & venæ materia viridi pulchre repletæ; eſt ſubjectum optimæ notæ.

32. Omentum infantis tenerrimum, per arterias repletum.
33. Inteſtini coli portio, & omenti, parum ob arterias injectas rubet.
34. Ventriculus pueri pulchre repletus per arterias cum portione omenti, & inteſtini coli, liene, a pyloro pendulus.
35. Ventriculus pueri pulchre per arterias repletus cum portione omenti.
36. Lien vitulinus per arteriam repletus, & evolutus, in quo extremitates arteriarum pulchre adparent.
37. Lien injectus & diſſolutus ex homine.
38. Lien pueri, cujus arteriæ modice repletæ.
39. Lien humanus revolutus, cujus vaſorum extrema penicilla referunt.
40. Lien per arteriam repletus, & evolutus, ut arteriarum fines adpareant.
41. Lien ex recens nato pulchre repletus.
42. Portio hepatis cum annexa veſicula fellea, pancreate, & aperto duodeno; ubi notandum eſt: non hepar, ſed veſiculæ felleæ membranas cera repletas eſſe; ſic & pancreas repletum, & interior tunica aperti duodeni, ſpina aperturam ductus communis notat.
43. Hepar infantis injectum, ubi adparet foſſa, in qua hærebat veſicula fellis.
44. Hepar recens nati infantis, ubi vena umbilicalis aperta notatur, quo ſanguinem in utero matris in hepar fundit, & cordis foramen ovale apertum ex eodem infante.

45. He-

45. Hepar recens nati diſſolutum, & per arteriam parum repletum.
46. Renis portio, cujus interior ſubſtantia in hydatides mutata eſt.
47. Pancreas injectum per arterias, & evolutum.
48. Pancreas repletum per arterias, & evolutum.
49. Ren humanus argento repletus, & evolutus, ubi vaſa renis majora adparent.
50. Ren caninus certa ratione præparatus, ut vaſorum fines adpareant.
51. Ren ex abortu repletus per arterias.
52. Similis Nro. 51.
53. Ren humanus repletus materia cærulea per arterias.
54. Ren ovinus per arterias pulchre repletus, dimidiatò diſſectus.
55. Ren cum annexo rene ſuccenturiato vaſis repletis.
56. Ren humanus per arteriam repletus, bifariam diſſectus.
57. Ren humanus per arterias repletus, diſſectus, ubi pelvis, & papillæ adparent.
58. Ren integer per arterias repletus cum uretere.
59. Ren ex recens nato modice repletus, una cum capſula renali; in diſciſſo pelvis, & papillæ renales adparent.
60. Ren ex abortu repletus, & diſciſſus.
61. Ren ex recens nato repletus, & diſciſſus.

62. Ren caninus cum rene ſuccenturiato vaſis repletis.
63. Ren vitulinus diſciſſus, cujus interior ſubſtantia in hydatides mutata erat.
64. Cor, & pulmones pulchre repleti.
65. Cor repletum, diſciſſum, ut interior fabrica ventriculi adpareat. Superius tunica choroides ex recens nato repleta.
66. Cor diſciſſum, ut fabrica ventriculorum adpareat.
67. Lingua admodum rubens, in qua papillæ linguæ, & gingivarum valde conſpicuæ ſunt, cum maxilla inferiori, & dentibus albiſſimis, in uno latere adparet mobilis illa cartilago, adhuc affixa proceſſui coronoideo, repletio facta per arteriam.
68. Lingua valde rubens, ubi papillæ pulchre adparent.
69. Lingua cum larynge, epiglottide ex recens nato infante pulchre repleta, in apice linguæ membrana exterior linguæ ablata eſt, ut adpareant papillæ.
70. Lingua ex homine, dimidiatò repleta per arterias.
71. Lingua cujus baſis abſciſſa, ſimilis Nro. 70.
72. Lingua ex infante, pulchre rubet ob repletas arterias.
73. Lingua repleta.
74. Segmentum linguæ per arterias repletum.

75. Ute-

75. Uterus cum vagina recens natæ, difciffa & repleta.
76. Uterus cum vagina difciffa, ubi urethra fupra clitoridem hiat.
77. Vagina difciffa cum utero, & pudenda, in difciffis facies interna bene adparet, cum vefica urinaria, & inteftino recto.
78. Notatur vaginæ uteri longitudo excedens, cum ovario hydatidico.
79. Placenta per arterias injecta, & diffoluta.
80. Placenta fimilis Nro. 79.
81. Placentæ uterinæ humanæ fegmentum, cujus vafa mirum in modum repleta funt.
82. Placenta fimilis Nro. 81. fubjectum optimæ notæ.
83. Placentæ humanæ pars, cujus arteriæ rubro colore, venæ vero cæruleo fuerant impletæ, fed cæruleus color ex venis difparuit.
84. Placentæ fegmentum fimile Nro. 81.
85. Chorion ovillum repletum refciffis cotyledonibus, una tamen relicta fuperius.
86. Uterus cum ovariis hydatidicis ingentis magnitudinis, in quibus aqua in magna quantitate contenta erat.
87. Infans recens natus fine parte fuperiori calvariæ.
88. Infans monftrofus biceps.
89. Infans cum calvaria impreffa; ita natus fuit.

90. Infans monſtroſus cum excreſcentia in nucha.

91.
92.
93. Abortûs variarum ſpecierum.
94.
95.

96. Ovum humanum integrum, in quo placentæ villi adparent.

97. Abortus gemellorum, ubi bina ova cohærent, diſciſſa utraque, ut bini adpareant embryones a ſuis chordis umbilicalibus penduli.

98. Abortus a fune pendulus, & corpus rotundum, quod ovum dixerunt eſſe.

99. Abortus parvulus capite deorſum ex ſuo ovo pendulus, ubi prominentiæ brachiorum, & crurum adparent.

100. Embryo cum amnios membrana.

101. Duo abortus variæ magnitudinis.

102. Abortus ex aperto amnio pendulus, ſeparatum eſt chorion, quod ſatis craſſum erat, & adparet hic ac ſi vaſculoſa placentæ ſubſtantia ex amnio orta eſſet.

103.
104.
105.
106.
107.
108. Abortus varii a primo menſe graviditatis ſecundum ordinem omnium menſium, usque ad nonum menſem, quorum aliqui etiam in duplo adſunt.
109.
110.
111.
112.
113.
114.
115.
116.

117. Abortus trium menſium ex ovo aperto pendulus, ubi chorion diviſum in duas membranas, & amnion apparet, & glabra interna ſuperficies ovi, & placentæ vaſa inter chorion, & amnion media.

118. Abortus cum placenta.

119. Pars cerebri ovilli cum pia matre repleta per carotides.

120. Cerebellum ex ove, quod levem rubedinem a repletione contraxit.

121. Medula oblongata ex ove cum natibus & teſtibus, glandula pineali, &c. reſecto cerebello exhibetur fundus ventriculi quarti cum apertura ventriculi tertii in quartum, vaſis pulchre repletis per carotides.

122. Cerebri ovilli portio, repleta pia matre per arterias.

123. Plexus choroides repletis arteriis, & pars cerebri una cum dura matre repleta ex ove.

124. Pia mater cerebri hinc inde cum tomentoſa parte corticis repleta ex recens nato.

125. Simile eſt Nro. 124.

126. Pia mater cerebelli repleta per arterias ex recens nato.

127. Pia mater cerebri infantis, vaſis pulchre repletis.

128. Pia mater ex fœtu humano, infimæ parti cohæret plexus choroides rubicundiſſimus, & repletio per arterias facta eſt.

129. Portio ſubſtantiæ corticalis cerebri, ex infante repleta.

130. 131. 132. Portiones ſubſtantiæ corticalis cerebri, ex infante repletæ.

133. Media pars hemisphærii cerebri per arterias pulchre injecta.

134. Cerebellum humanum vitæ ſpecimen repræſentans, cujus arteriæ per ſuperficiem reptantes repletæ ſunt materia ceracea.

135. Pia mater impleta per arterias.

136. Cerebri ſegmentum e puero, quod levem rubedinem a repletione contraxit. In fundo reperitur pia mater valde rubra ob arteriarum infarctionem.

137. (
138. (Pia mater ex puero ſimilis Nro. 124.

139. Exemplum diſtributionis arteriæ baſilaris in pia matre, repletio per arterias intervertebrales facta eſt.

140. Medulla ſpinalis integra recens nati infantis, diſſecta membrana exteriori pulchre repleta.

141. Medulla ſpinalis integra, cum cauda equina, diſciſſa parte poſtica calvariæ, ut nervorum ultimorum ex medulla oblongata ortus habeatur, & adſcenſus nervi ſpinalis recurrentis.

142. Auricula humana pulchre repleta, epidermide ablata.

143. Auricula recens nati pulchre repleta; palpebræ, quarum inferior pars oculi bulbum ſpectans repleta eſt ex recens nato; Naſus, & labia repleta ex recens nato.

144. Palpebræ infantis pulchre repletæ.

145. Oculus transverſim diſciſſus ex recens nato, uveæ circuli faciem poſteriorem pulchre repleti exhibens.

146. Palpebræ cum ciliis, cujus pars ad bulbum ſpectans pulchre rubet.

147. Palpebræ cum ciliis, ubi cartilago Tarſus adparet.

148. Oculus transverſim diſciſſus ex recens nato, uveæ circuli faciem anteriorem repleti exhibens.

149. Oculus transversim discissus, ubi tunica choroides repleta adparet cum circulo uveæ.

150. Oculus a latere discissus, ut adpareat choroides injecta.

151. Oculus transversim discissus, ut processus ciliares conspiciantur.

152. Oculus discissus transversim, pendulus a nervo optico arteriis repletis cincto, exhibet interiorem partem tunicæ choroidis pulchre repletam.

In fundo phialæ est humor vitreus cum crystallino insidente; humor vitreus in initio sanguineus adparebat, sanguine per materiam adactam intropulso.

153. Oculi segmentum ex muliere provectæ ætatis, in quo tunica choroides injecta, & sclerotica, & cornea adparet.

154. Tunica *Ruyschiana* injecta pulchre exhibetur.

155. Oculus ex nervo optico pendulus, ubi choroides injecta; ablata sclerotica cornea remansit.

156. Tunica choroides repleta.

157. Similis Nro. 156.

158. Duo oculi a nervo optico penduli, in quibus tunica choroides repleta.

159. Oculus a nervo optico pendulus, ubi *Ruyschiana* tunica, & retina pulchre repletæ sunt.

160. Idem erat præparatum, sed temporis injuria periit.

161.

161. Tunica *Ruyschiana* impleta.
162. Tunica Choroides.
163. Tunica *Ruyschiana*, & retina pulchre repleta.
164. } Choroides repleta.
165.
166. Choroides, & processus ciliares.
167. Oculus Balenæ transversim sectus, in quo inprimis notanda ingens scleroticæ crassities circa nervum opticum, & quomodo inde versus corneam procedens sclerotica subito fiat tenuior.
168. Oculus Balenæ, ubi ingens scleroticæ crassities adparet, & Ruyschiana injecta, in fundo cornea injecta.
169. Oculi Balenæ choroides injecta, in fundo crystallinus Balenæ, cum humore vitreo.
170. Oculus Balenæ, multum de substantia scleroticæ abrasum est, ut possit ingredi phialam; cornea resecta est, ut adpareant humor vitreus, crystallinus, retina.
171. Oculi balenæ cornea resecta, ubi & pupilla adparet, & uvea, & processus ciliares, anterius adest adnata.
172. Nasus ovillus dissectus bifariam, ubi adparet ingens os spongiosum, & membrana mucosa repleta per carotides.
173. Narium septum ex ove, membrana sua tectum, & repletum.

174. Narium ſeptum medium, & os ſpongioſum cum membrana inveſtiente pulchre repleta.

175. Oſſa parietalia, & frontis ex abortu, ubi videtur punctum oſſificationis.

176. Puncta oſſificationis ex abortu quinque menſium.

177. Oſſa innominata ex abortu 4. vel 5. menſium, ubi puncta oſſea in media cartilagine adparent.

178. Os maxillare ſuperius, & dimidia pars maxillæ inferioris ex abortu 4. *v* 5. menſium.

179. Oſſa: Tibia, Fibula, Patella, ex abortu 4. *v*. 5. menſium, ubi patella tota cartilaginea eſt, & ubi Epphyſes notandæ.

180. Oſſa Tarſi, Calcaneum, Phalanges digitorum pedis ex abortu 4. *v*. 5. menſium.

181. Os femoris ex eodem abortu.

182. Sternum cum annexis coſtarum cartilaginibus, in quo notanda ſunt puncta oſſea, & ſterni diviſio in plures partes ex eodem abortu.

183. Incus ſtapedi nexus cum circulo oſſeo & oſſe temporum ex abortu 4. *v*. 5. menſium.

184. Vomer ex abortu 4. *v*. 5. menſium cartilagineum una cum globo oſſeo, pars oſſea in fundo hæret.

185. Primæ vertebre colli ex abortu.

186. Clavicula ex abortu 4. *v*. 5, menſium, oſſea jam in corpore, os calcanei, & digitus pedis, cum oſſe metatarſi, & tarſi.

187. Os humeri ex abortu 4. v. 5. menſ. ubi Epiphyſes cartilagineæ ſunt.

188. Os maxillare ſuperius cum membrana palati repleta, & fractis dentium alveolis, membranula dentis inveſtiens pulchre rubet.

Maxillæ inferioris pars dimidia cum alveolis dentium effractis.

189. Os ſterni ex recens nato infante, cum cartilaginibus coſtarum; in ſterno adparent puncta oſſea, & in cartilagine enſiformi foramen rotundum.

190. Coſtæ ex abortu 4. v. 5. menſ. unius tantum lateris.

191. Truncus ex abortu, ubi adparent omnes cartilagines, quæ ſuo tempore in oſſa vertuntur.

192. Os humeri, ulna, & radius, & femur ex recens nato, ubi notantur epiphyſes.

193. Extremitas inferior in ligamentis cum oſſe innominato, lunato, & naviculari e carpo.

194. Vertebræ lumborum cum oſſe ſacro ex abortu, os capitatum, & lunatum in fundo jacent.

195. Os temporum cum meatu auditorio, in quo ablata membrana tympani oſſicula in ſuo ſitu adparent, inferior pars habet membranam tympani cum malleolo affixo, ejusque muſculis.

196. Offis femoris infantis recens nati interior superficies pulchre rubens ob vafa repleta.
197. Patella cum tendinibus luis injecta per arterias ex abortu.
198. Offis humeri infantis pars diffecta per medium, interior medulla rubet, uti & in medio cartilaginis.
199. Segmentum offis femoris, ubi periofteum pulchre rubet ob arterias repletas.
200. Os fpongiofum ex cane, repleta per arterias membrana inveftiente.
201. Humerus, radius, & ulna recens nati uti No. 192.
202. Offa extremi fuperioris recens nati infantis.
203. Offa extremi inferioris ex recens nato.
204 Priapus *Delphini* pifcis (*Tonyn*). Epidermis ablata eft a cute tegente, in apice adparet urethræ orificium, in parte pofteriori difciffa adparet corpus fpongiofum penis, & urethræ.
205 Papilla balenæ difciffa, ut lacteus ductus fimbriatus adpareret.
206. Papilla balenæ ablata epidermide, & corpore reticulari, ut numerofæ papillæ nerveæ undique eminentes in confpectum veniant. Inferius pendet pars corporis reticularis.
207. Pyri fceleton.
208, Abortus porci cum ore duplici, & fex pedibus.

209.

209. Mamma amputata ex Vetula, quæ in parte ubi muſculis inſidebat, oſſea eſt; ex dono *Cl.* LEBER.
210. Caput infantis, quod maculam maternam circa naſum, & in oculis nullam corneam transparentem habet.
211. Uterus gravidus.
212. Vaginæ uteri notabilis prolapſus.
213. Prolapſus vaginæ ex Puella.
214. Ovarium ingentis magnitudinis.
215. Magnæ molis cor cum pericardio.
216. Manus a ſpacelo corrupta.
217. Abortus vitulinus repletus, in quo ventriculus, omentum, cor, & intercutanea repleta pulchre adparent.
218. *Rajæ* fœtus cum adpendice, in fundo gammarus parvus.
219. Vermis humanus excretus, vaſa genitalia extra corpus pendula habens, in fundo hæret ſcorpius ſumanenſis.
220. Sex abortus ex Cane.
221. Lepus cum 8. pedibus.
222. Scirrhus benignus ex mamma virginis ſaniſſimæ exciſus à Cl. Dringbergio.
223. Vermis latus, vivus excretus, non eſt integer, ſed inprimis portio ſuperior, & inferior, ubi notandum, articulos ejus multum differre magnitudine, maxime notandum extremum inferius in apicem tumidum rotundulum deſinens.
224. Vermis, ex iis, qui anno 1732. palos aggerum arrodebant.

225. Mola, quæ videtur esse placentæ relictæ pars, vel placenta abortus majoris.
226. Varix cuti insidens.
227. Uteri fundus a sphacelo affectus.
228. Manus in qua minimus digitus duplex.
229. Polypi in arteriis inventi.
230. Polypi in arteriis inventi.
231. Cordis Polypi.
232. Vesica urinaria ex fœmina calculum continens.
233. Vermis latus, *qui vero injuria temporis corruptus est.*
234. Vermis latus.
235. Vermes varii.
236. Placenta uterina in hydatides degenerans.

NB. Usque ad numerum sequentem sunt vitra vacua pro variis præparandis anatomicis.

PRÆPARATA SICCA.

266. Aplustre confectum ex infinitis vasis succosis Mali Armeniaci (*Abricos*).
267. Cutis humanæ vexillum ruberrimum ob vascula repleta, quæ superiorem, & intimam partem occupant, quæ vasa multum differunt ab illis, quæ per interiorem partem disperguntur, quia illa non pertinent ad cutem, sed ad membranam cellulosam.
268. Cutis Portio infantis ex brachio desumta, arteriis pulchre repletis.

269.

269. Cordis auricula humani dextra cera repleta.
270. Calvariæ portio juvenilis per arteriam repleta, ubi adparet ſeptum narium, & quod arteriæ alio modo decurrant quam in cute.
271. Calvariæ pars ſuperior infantis cum dura matre & pericranio pulchre repleta.
272. Cor humanum cum vaſis inde exeuntibus repletum cera rubra, & ſiccatum.
273. Chorii ovilli Portio repleta.
274. Diaphragmatis ſegmentum cum vaſculis ſanguineis repletis minutiſſimis.
275. Diaphragmatis Portio humani per arterias adeo repleti, ut fines arteriarum in conſpectum veniant.
276. Dura mater expanſa inſtar pilei cum proceſſu falciformi & ſinu longitudinali, nulla tamen cera in ſinu longitudinali hæret.
277. Epidermis caudæ balenæ.
278. Fila ex vaſis ſucculentis Plantæ malvaceæ, referentia ſericum album.
279. Hepatis humani lobus, cujus vaſa repleta ſunt, & nil minus quam glandulas repræſentant.
280. Hepatis Portio humani repleti per venam cavam, objectum optimæ notæ; hic evidenter adparent hepatis acini, objecto prius illito oleo Therebinth.
281. Hepar abortus 7. menſium, per arteriam repletum.

282. Hepar fœtus humani optimæ notæ, cujus repletio facta eſt per arterias.

283. Inteſtinorum tenuium circumvolutio infantis recens nati, cujus omnia vaſcula repleta ſunt, hinc valde rubent.

284. Inteſtini ilei ſegmentum ex homine, cujus vaſa ſunt nitide repleta.

285. Inteſtini humani jejuni ſegmentum cum ſuis jugis.

2. Inteſtini humani ilei ſegmentum.

286. Inteſtini tenuis & craſſi fruſtum ex balena, ubi adparet notabilis analogia cum humanis.

287. Inteſtini coli, cœci, ilei, & vermicularis facies exhibetur, ubi & valvula Tulpii inflato & exſiccato inteſtino, & venæ virides, & arteriæ rubræ ſunt.

288. Inteſtini tenuis humani portio, cujus arteriæ cera rubra, venæ cera viridi repletæ ſunt.

289. Inteſtinum humanum inflatum, ut adpareat tunica celluloſa.

290. Ilei humani ſegmentum, in quo luculenter viſui occurrit tunica celluloſa, repletio per arteriam facta fuit, eſt ſubjectum optimæ notæ.

291. Inteſtini humani per arterias pulchre repleti portio ſicca, & inflata.

292. Lienis ſegmentum Vitulini, ablatâ membranâ exteriori, repleti per arterias.

293. Lienis ſegmentum humani per arterias repleti, hujus acini hic utcunque repleti, differunt ab acinis hepatis.

294. Muſculus biceps ex juvene repletus per arteriam.

295. Muſcularis ſubſtantia ex abortu ideo ſervata, ut adpareat multitudo infinita fere vaſorum ſanguineorum, & ſimul quomodo ceracea materia roris inſtar exeat per muſculoſam ſubſtantiam, quod ſatis rarum eſt.

296. Meſenterii humani ſegmentum per arterias repleti una cum glandulis.

297. Meſenterii fœtus humani ſegmentum cum glandulis ſuis repleti per arterias.

298. Membrana inter pericranium, & tendinem Epicranii media repleta.

299. Segmentum oſſis Tibiæ, femoris & patellæ ex juvene, quorum caro dilute repleta eſt.

300. Os ſterni cum cartilaginibus, & muſculis intercoſtalibus ex abortu, repletio facta per arterias pulchro ſucceſſu, in hoc ſubjecto oſſificationes ſterni duplicatæ ſunt, quod nunquam alias reperit RUYSCHIUS.

301. Os Tali, & calcis cum parte cutis & pinguedinis, a latere adparet pars tendinis repletiſſima, hinc rubens.

302. Crus, & ſcapula pedis ovini immaturi, per cujus cutem myriades vaſorum repunt repletæ balſamo indurato.

303. Os bregmatis infantis achoribus, five tinea capitis peffime laborantis, quod recens fœtorem achorum fpirabat, & in multis locis exefum quafi adparet.

304. Offis calvariæ pars infantis, infignis craffitiei.

305. Offis humeri pars difciffa, in cujus extremo adparet cavum medulla ruberrima ob injectionem repletum, adfunt & offa cubiti, carpi, & metacarpi, phalangæ digitorum cum periofteo, & ligamentis; omnia pulchre repleta.

306. Os Temporum vernice obductum, in quo offa auditus in fitu pulchre adparent.

307. Os fpongiofum ex nare ovilla ficcatum, cujus arteriæ repletæ funt.

308. Palpebræ humanæ cum ciliis, & fuperciliis, pulchre repletæ per arterias.

309. Penis fegmentum Balenæ.

310. Ren humanus dimidiato difciffus, per arterias injectus balfamo, induratus inftar ligni.

311. Stomachi fegmentum humani repleti per arteriam portarum ceracea materia flava.

212. Ventriculus pueri pulchre repletus.

313. Vefica urinaria ex abortu ruberrima ob repletionem per arterias.

314. Vefica recens nati modice repleta per arterias, & inflata.

315. Ureter humanus rubens ob arterias repletas.

316. Funiculus umbilicalis humanus, ubi binæ arteriæ repletæ cera rubra, una vena repleta cera viridi.

317. Placentæ pars uterinæ, cujus vaſa pulchre repleta ſunt.

318. Placentæ uterinæ duplicatio in gemellis, una pars flava materia, altera rubra repleta.

319. Totius capitis tegumenta, quæ pulchre rubent ob arterias injectas.

320. Sceleton galli, in quo quatuor pedes videntur.

321. Sceleton infantis recens nati, quod ſpinam bifidam oſtendit.

322. Calvaria fœtus, cui cerebri maxima pars extra cranium locata erat.

Hæc tria ultima ſunt ex dono *Clariſſ. Profeſſ.* Leber.

ELENCHUS

Inſtrumentorum Chyrurgicorum.

CAPSA I.

Conſervat inſtrumenta terebratoria, nempe:
Terebram cum ſex coronis diverſis.
Quatuor terebratoria exfoliativa.
Terebratorium perforativum.
Clavem.
Elevatorium cochleatum (*tier-fond.*)
Quatuor inſtrumenta os raſoria.

Fer-

Ferramenta tria cavatoria.
Malleum.
Scopulam ſetaceam.
Serras duas curvas.
Quinque elevatoria vulgaria.
Duo elevatoria, a Cl. PETIT emendata, cum tribus acubus.
Cultrum tonſorium.
Specillum myrtiforme.
Cultros lenticulares duos.
Depreſſoria tria.
Forcipem ad prominentiam Oſſium decerpendam, emendatam a *Clariſſimo Profeſſore* LEBER.
Forcipem ad prominentiam Oſſium cranii decerpendam, cum depreſſorio duræ matris inventam a *Clariſſ. Prof.* LEBER.
Limam inventam a *Clariſſ. Prof.* LEBER.

CAPSA 2.

Conſervat:
Duo cauteria cum cannulis.
Capſula, in qua ſyringa ANELLI, cum duobus Specillis, omnia ex argento, continentur.
Speculum oculi ſimplex.
Depreſſorium SCULTETI.
Volſellam pro trichiaſi.
Capſulam, in qua duo cultri, unum Cochlear, & unus Kiſtotomus a BAJET continentur.

Cap-

Capſulam, in qua novem inſtrumenta a WINCEL argentea, auro obducta, pro cataracta continentur.

Capſulam in qua acus pro cataracta reſiliens, duæ acus vulgares, acus tricuſpidalis cannulata pro paracenteſi oculi (*trois-cart*) ſpeculum oculi duplex, compreſſorium argenteum a RAU, continentur.

Capſulam, in qua inſtrumenta pro fiſtula lacrymali partim argentea, partim aurea continentur, quorum tredecim numero ſunt, omnia emendata a *Clariſſ. Prof.* LEBER.

Capſulam, in qua ſex inſtrumenta a MAJAN, & CABANIS pro fiſtula lacrymali continentur.

Capſulam, in qua novem inſtrumenta ad operationem cataractæ a DAVIEL continentur.

CAPSA 3.

Conſervat inſtrumenta ſequentia:

Volſellam duobus in apice foraminibus inſtructam, a LEVRET.

Conductorem ad filum coarctandum, a LEVRET.

Conductorem *fili* a LEVRET.

Forcipem chalybeam roſtris cochleatis, ad comprimendos Polypos a LEVRET.

Conductorem ad filum in nodum chyrurgicum conſtringendum a LEVRET.

Dol-

Volſellam, ut forceps in partu difficili uſitata, figuratam a LEVRET.
Conſtrictorem uvulæ a PARÆO.
Inſtrumentum ad nodum conſtringendum a PARÆO.
Inſtrumentum ad ligandam uvulam a FABRIC. HILDANO.
Duo inſtrumenta ad ligandas tumefactas tonſillas a SCHARP.
Forficem ad uvulam, funiculum umbilicalem, vaſa ſpermatica reſecanda a LEVRET.
Forcipem roſtrum corvinum referentem cum acu a DIONIS.
Acum curvam ad ſarcomata liganda ab HEISTER.
Specillum ſulcatum & ſemilunatum ex argento ad inquirendum Polypos a LEVRET.
Cultellum cannulatum ad exſcindendos polypos a LEVRET.
Cultellum ſemilunatum ſcindentem a LEVRET.
Volſellam ad ligandos polypos a *le.* CAT.
Conſtrictorem Polyporum a *la* FAYE.
Conſtrictorem Polyporum a LEVRET.
Inſtrumentum ad Polypos mucoſos deſtruendos a LEVRET.
Cannulam argenteam duplicatam cum filo argenteo ad ligandos Polypos a LEVRET.
Cannulas duas argenteas cum inſtrumento reſiliente ad ſiſtendam Hæmorrhagiam narium a *le* CAT.
Forcipem rectam ad Polypum.
Forcipem curvam ad Polypum.

For-

Forcipem rectam dentatam ad conterendos polypos a *Clariſſ. Prof.* LEBER inventam.
Inſtrumentum pro lapide infernali, inventum a *Clariſſ. Prof.* LEBER, ubi ſimul forceps, & cochlea ad varios uſus.
Cannulam argenteam, ad Polypos narium cauterio ſingulari comburendos, inventam a *Clariſſ. Prof.* LEBER.
Forficem curvam ad abſcindendam uvulam.
Inſtrumentum argenteum naribus adplicandum ad ſuffulciendos narium internos parietes in fractura oſſium naſi.
Syringam cum curva, & recta cannula ex Stanno.
Spatulam ex ferro.
Aliud inſtrumentum pro lapide infernali.
Cannulam argenteam ad ligandos polypos a LEVRET.
Cannulam ex aurichalco interne diviſam ad ligandos polypos faucium, & vaginæ uteri.
Forcipem novam cum roſtro anſerino & aliam forcipem cum roſtro gruino rectam ad polypos
Aliam forcipem interne concavam cum tribus ſtylis variis ad polypos.
Varia cauteria cum Cannulis ad polypos. Hæc 4. ultima inſtrumenta inventa a *Clariſſ. Prof.* LEBER.

CAPSA 4.

Conſervat Inſtrumenta ſequentia:
Aurem argenteam a *Clariſſ. Prof.* LEBER.

Tu-

Tubum acouſticum ex argento a *Clariſſ. Prof.* LEBER.

Inſtrumentum chalybeum ad foramina auribus facienda cum acu.

Cochlear auriculare chalybeum.

Forcipem chalybeam ad heterogenea ex auribus eximenda.

Forcipem chalybeam aliam ad heterogenea ex auribus eximenda.

Acus cum ſtylis, & manubriis ad labium leporinum operandum.

Forficem rectam.

Forficem dentariam (Ueberwurf).

Clavem anglicanam cum hamulis.

Alias duas claves anglicanas cum hamulis.

Pelicanum cum tribus hamulis.

Forcipem dentariam cum cochlea.

Vectem ad dentes extrudendos.

Inſtrumenta tredecim dentifricia.

Cauteria tria.

Sex varia inſtrumenta perforatoria.

Fornaculum argenteum ad hæmorrhagiam dentium.

Detruſorium argenteum œſophagi.

Detruſoria duo ex oſſe balenæ.

Forcipes duas diverſas in ſemicirculum curvatas ad partes ex immis faucibus educendas a *Clariſſ. Prof.* LEBER inventas.

Lanceolam cannula abſconditam ad aperturam tumorum in faucibus faciendam.

Tres acus pro ſetaceo faciendo.

Acum

Acum tricuspidalem cannulatam pro laryngotomia (*troiscart*)

Obturatores duos palati ex argento deaurato.

Inſtrumentum ad venam jugularem comprimendam.

Specula Oris tria varia.

Pelicanum a BOURDET.

CAPSA 5.

Conſervat inſtrumenta ſequentia:

Syringam pectoris cum duabus cannulis, omnia ex argento, a *Clariſſ. Prof.* LEBER inventam, cujus exactam Deſcriptionem dedit *Celeberr. Prof.* PLENK in *T.* II. *obſervat. chyrurg.*

Cultellum capitatum.

Cultellum rectum, & curvum.

Specillum ſulcatum, & ſpecillum obtuſum ex argento.

Duos cultros pro amputatione mammæ.

Cultellos tres diverſæ figuræ, cannulis abſconditos (*biſtouries cachées*).

Capſulam in qua quatuordecim acus variæ continentur.

Tenaculum pro acubus.

Cannulam pectoralem argenteam.

Acum tricuſpidalem cannulatam novæ inventionis a *Clariſſ. Prof.* LEBER.

Quatuor acus triscuſpidales vulgares.

Duo inſtrumenta ad arteriam intercoſtalem comprimendam.

Acum magnam,& unam parvam ad interceptionem arteriæ intercoſtalis.
Specillum ſulcatum alis inſtructum.
Acum tricuſpidalem bis canulatam a MASSOTI.
Forficem.
Dilatatorium annuli a *le* PLANC,ad dilatandum annulum in hernia.

CAPSA 6.

Conſervat Inſtrumenta ſequentia:
Lythotomum in cannula abſconditum.
Catheteres decem varios inter quos duo flexiles reperiuntur.
Octo itinerarios varios.
Lythotomos vulgares duos.
Lythotomos duos forma Scalpelli.
Lythotomos duos cultri ad inſtar.
Conductores duos.
Specillum cochleonodoſum (*Bouton*).
Cochlear pro arena eximenda poſt operationem calculi.
Sex forcipes varias.
Dilatatorium Vulneris.
Forcipem acutam ad calculos confringendos.
Cultrum falcatum.
Inſtrumentum ad compreſſionem penis.
Dilatatorium præputii.
Cochlear chalybeum.
Cultellum pro phymoſi a PETIT.
Inſtrumentum ad Urethram concretam perforandam.

For-

Forficem.
Syringam ex Stanno.
Novus Conductor forcipis (*gorgeret*).

CAPSA 7.

Confervat Inftrumenta fequentia:
Lythotomum duplicem in cannula abfconditum pro fœminis, a GUIDONE delineatum, & a POUTEAU reformatum.
Forcipes duos a MASSOTI.
Speculum uteri.
Forcipes quatuor ad extrahendum calculum.
Catheteres tres.
Itinerarios quatuor.
Cultellum.
Peffarium argenteum refiliens.
Peffarium ex ebore.
Peffaria tria ex fubere.
Forficem.
Conductores duos, nempe marem & fœminam.
Forceps, vel dilatatorium urethræ in fœminis adplicandum, emendatum a *Dn.* MASSOTI.

CAPSA 8.

Confervat:
Vectem ROONHUYSII.
Uncos duos a SMELLIE.
Terebratorium a WALBAUM.
Forcipes anglicanas duas emendatas.
Forcipem ad offa confringenda.

Forcipem tribrachialem a Levret.
Uncum ſcindentem abſconditum.

CAPSA 9.

Conſervat:

Tria varia inſtrumenta pro fiſtula ani, cum duobus ſpecillis argenteis.

Cultellum regium cum Specillo argenteo (*biſtourie royal*).

Cultellum ad operationem fiſtulæ ani.

Inſtrumentum cum duplici cannula, quarum una brachialis cultrum abſcondit, ex argento, ex inventione *Dn. de* Retter chirurgiæ Doctoris.

Idem inſtrumentum ex chalybe cum quatuor cannulis brachialibus variis ex emendatione *Clariſſ. Prof.* Leber.

Specilla duo longa ex argento.

Cultellum rectum, & curvum.

Specillum ſulcatum ex argento.

Forficem.

Speculum ani.

Forcipes duas diverſas.

Acum tricuſpidalem cannulatam curvam, ad puncturam veſicæ urinariæ per inteſtinum rectum.

Novum inſtrumentum argenteum ad operationem fiſtulæ ani.

Novum inſtrumentum ex chalybe pro operanda fiſtula ani a *Clariſſ. Prof.* Leber.

CAP-

CAPSA 10.

Conſervat :
Duas Serras cum duplici lamina ad amputationes extremitatum.
Cultros falcatos duos.
Duos cultros bipennes.
Forcipem ad arteriam adtrahendam.
Forcipem magnam ad oſſa decerpenda.
Cauterium.
Tornaculum a PETIT.
Tornaculum vulgare.
Tornaculum novæ inventionis, cum lamina reſiliente ita conſtructa, ut clave propria claudi, hinc ab ægro ſolvi, & auferri non poſſit.
Duos cultros rectos, & totidem curvos.
Cultrum longum.
Forficem.
Capſulam cum acubus.
Acum magnam curvam.

CAPSA 11.

Conſervat:
Phlebotomum reſilientem.
Lanceolas varias.
Cultellum rectum, & curvum.
Lanceolam magnam.
Inſtrumentum pro contra apertura ex argento.

Tria inſtrumenta, quibus omnia heterogenea ex Vulneribus Sclopetariis extrahi poſſunt.

Triplicia compreſſoria anevriſmatis ex chalybe, emendata a *Clariſſ. Profeſſore* LEBER.

Tria compreſſoria ex ſubere ſulcata ad eundem uſum a *Clariſſ. Prof.* LEBER.

Forficem rectam, & curvam.

Acus tripliciter variatas ad anevriſma.

Specillum ſulcatum ex argento.

Volſellam.

Tria varia inſtrumenta ad fungoſos tumores exſtirpandos.

Forcipem ad ungues decerpendos.

Forcipem ad ungues educendos.

Tornaculum ad læſionem arteriæ radialis.

Inſtrumentum ſcarificatorium.

Phlebotomum correctum cum lamina furcata.

CAPSA 12.

Conſervat ſequentia:

Syringam pro fumo tabaci.

— — Clyſmate.

— — Uterinam.

Ventoſam cum cucurbitis vitreis, variæ magnitudinis.

CAPSA 13.

Conſervat:

In-

Inſtrumenta ad ſectiones anatomicas, minus ſubtilia; nempe:
Serram arcu inſtructam cum duabus laminis.
Inſtrumentum ad cranium deglubendum.
Spatam ad duræ matris cohæſionem cum cranio ſolvendam.
Octo Scalpella magna.
Quatuor Cultellos.
Hamulum magnum.
Tubum cum epiſtomio.
Tubum parvum cum tribus cannulis.
Forficem rectam, & curvam.
Stylum.
Volſellam.
Duas acus falcatas.

CAPSA 14.

Conſervat Inſtrumenta ad ſectiones anatomicas magis ſubtilia; nempe:
Serram laminatam.
Cultrum ad ſecandum Cerebrum.
Cultrum tonſorium.
Octo Scalpella mediocria.
Sex Scalpella ſubtilia,
Volſellam magnam, duas mediocres, & duas ſubtiles.
Tres mediocres, & duos ſubtiles hamulos.
Specilla duo.
Tubum ter cannulatum.
Quatuór ferramenta cavatoria.

Malleum.
Tres acus rectas.
Duas acus magnas curvas.

CAPSÆ 15. 16.

Conservant
Antliam ex aurichalco factam, cum vitris variis.
Adsunt præterea adhuc tres capsæ propriæ, continentes 167. instrumenta pro omnibus laboribus anatominis.

DE FASCIIS

Fasciæ omnis generis a capite ad pedem usque in cista propria in triginta sex receptacula divisa, continentur.

MACHINÆ.

Duæ machinæ pro incontinentia urinæ, una pro fœminis, altera pro viris, ita constructæ, ut iis applicatis omnes motus, ambulatio, equitatio, comode perfici possint: inventæ a *cl. Prof.* LEBER.
Machina pro vapore applicando, cum duobus tubis, uno recto, altero curvo.
Machina pro embroche.
Ambe (vectes) Hippocratis, emendati cum tribus brachiis a *clariss. Prof.* LEBER.

Polys-

Polyspaſtum (vulgo Flaſchen Zug.)
Gloſſocomium, (vulgo Achſelzug)
Nux machina.
Furca PETITI (vulgo Gabel.)
Ciſtula PETITI pro fracturis.
Machina pro fracturis extremitatum inferiorum.
Triginta ſex variæ ferulæ (*attelés*) ex laminis ferreis pro fracturis.
Machina poſt amputationem applicanda ex laminis ferreis.
Machina pro valgis.
Brachieria varia elaſtica.
Duo pedes variæ magnitudinis artificiales, poſt amputationem femoris, & tibiæ applicandi, quibus omnes motus exerceri poſſunt, quorum alter inventus a *Clariſſ. Prof.* LEBER.
Manus artificialis poſt amputationem antibrachii applicanda; poſſunt hac manu quoque omnes motus naturales exerceri. Inventa a PARÆO; emendata a *Cel. Laur.* MAZZONI.
Machina, qua quivis ſibi ipſi commode clysmata injicere, in Vaginam uteri injectiones facere, anum, vel ſcrotum balneare poſſit.

PRÆPARATA.

Quæ in muſæo proprio *Clariſſ. Prof.* LEBER conſervat, & quæ mihi videre, & examinare licuit.

I.

Effigies hominis ex cera quam artificioſiſſime conſtructa, ſex pedum altitudine, ubi omnes totius corporis muſculi exteriores ad vivum delineati pulcherrime adparent. Præparatum notæ eximiæ, & admirandæ, cujus pretium eſt mille & ſexcentorum florenorum.

2. Statua ex ære, figuram hominis repræſentans, duos pedes alta, in qua omnes quoque totius corporis muſculi pulcherrime exhibentur ex dono *illuſtriſſ. Lib. Bar. van* SWIETEN.

3. Manus artificialis ex cera facta, omnes muſculos manus, & digitorum cum eorum tendinibus optime exhibens.

4. Varia ſceleta naturalia, & artificialia, in quorum uno ſpina bifida adparet.

5. Sceletum a *Clariſſ. Siegfrido* ALBINO compoſitum: ex dono *Lib. Bar. van* SWIETEN.

6. Oſſa pro ſceletis integris ſeparata, infantis medii, & unius anni, duorum, trium &c. annorum, tum & oſſa plurium ſceletorum adultorum ſeparata.

7. Fœ-

7. Fœtus humani ſemeſtris ſceleton artificiale, ligamentis ſuis propriis cohærens, in ſpiritu vini aſſervatum.
8. Sceleta Aquilæ, Pavonis, Canis, Felis, Gliris, & plurium avium, albedinis nitidæ, artificialiter compoſita.
9. Cranium in latere ſuperiori utroque apertum, ubi proceſſus duræ matris omnes exſiccati, ſimulque ſinus, & venæ cum omnibus in Cavitate enkephali reptantibus arteriis pulchre repletæ conſpiciuntur.
10. Cranium ubi ſolum ſinus, & venæ impletæ.
11. Cranium ubi ſolæ arteriæ injectæ.
12. Pars ſquammoſa oſſis temporum ex fœtu, cum annexo annulo oſſeo, & membrana tympani præparata, ubi retro membranam tympani conſpiciuntur quatuor oſſicula auditus in ſuo ſitu naturali, malleus cum ſuis muſculis, ſtapes cum ſuo adparet.
13 Idem præparatum ſine membrana tympani, ut oſſicula auditus ab anteriori melius in conſpectum veniant.
14. Os temporum præparatum cum aure externa, & tuba Euſtachina, ubi tympano ablato oſſicula in ſitu naturali ab exteriori videntur; in parte petroſa, adhuc cohærente cum parte ſquammoſa, canales tres ſemicirculares cum cochlea adparent.

15. Idem

15. Idem præparatum, ubi canales tres ſemicirculares, & cochlea aperta cum lamina cochleæ ſpirali conſpiciuntur.

16. Pars petroſa oſſis temporum, ubi in baſi Cavitatis tympani adparet ſtapes inſidens foramini ovali cum incude, ut & muſculus ſtapedis.

17. Cavitas tympani ſola, ab omnibus aliis ſeparata.

17. Os temporum cum membrana tympani, ubi parietibus tympani ablatis, oſſicula in ſitu naturali cum ſuis muſculis, & cum chorda tympani optime videntur, porro adparet Cavitas veſtibuli cum quinque foraminibus canalium trium ſemicircularium in ejus cavum hiantibus.

19. Præparatum, ubi cavitas veſtibuli integra cum foramine ovali aperto videtur, ſimulque foramen rotundum, tendens ex tympano ad cochleam, ſed membrana ſua propria ſubtiliſſima clauſum: In eodem præparato eſt cochlea cum lamina ſpirali, & tribus canalibus ſemicircularibus apertis.

20. Idem præparatum, cum cochlea, & canalibus ſemicircularibus clauſis.

21. Stapes cum ſuo muſculo, & membrana ſubtili inter crura ejus extenſa.

22. Oſſicula auditus ab aliis omnibus ſeparata, inter ſe ut in ſtatu naturali ſolent, cohærentia.

23. Oſſi-

23. Officula auditus fingula a fe invicem feparata.

Hæc præparata auditus organi omnia facta funt ab amico meo intimo *Carolo* ARNOLD, chyrurgiæ & artis obftetriciæ Magiftro, diligentiffimo Anatomiæ apud *Cl. Prof.* LEBER Profectore.

Index gravitatis offium, cum eorum men- fura in genere, ac in fpecie fceleti viri- lis, mediocriter dealbati, Perfonæ 28. ann. 6. pedes, 2. poll. altitudine æquan- tis; juxta commune Vindobonenfe pon- dus; 32. Loth. feu 16. unciis libram unam conftituentibus.

Cranium cum offibus maxillæ fuperioris, ac dentibus ℔ 1. ℥ IX.
Maxilla inferior cum dentibus ℥ij. ʒvij.
Dentes utriusque maxillæ fimul fumti. ℥i. ʒv.
Octo Dentes incifori in fpecie. ʒijß.
Quatuor dentes canini. ʒiß.
Viginti dentes molares. ℥i. ʒi.
Sternum cum cartilaginibus. ℥iij.
— — fine cartilaginibus. ℥ij. ʒi.
Viginti quatuor coftæ fimul fumtæ. ℥XI. ʒij.
Cofta prima vera. ʒij.
— — ultima vera. ʒiij.
— — prima fpuria. ʒiij.
— — ultima fpuria. ʒiß.
Septem Vertebræ colli fimul fumtæ. ℥ij. ʒij. long. poll. 5. lin. 3.

Duo-

Duodecim vertebræ dorſi ſimul ſumtæ. ℥vi. Long. poll. 10. lin. 2.

harum prima. ʒiijß.

Tum ad usque ultimam, ſeu duodecimam quælibet decem granis gravior, ita, ut duodecima ponderet. ʒvß.

Quinque vertebræ lumborum ſimul ſumtæ. ℥v. ʒi. Long. poll. 6.

harum prima, ʒvi.

Tum quælibet gravior priori ſemper. ℈i & gr. XVI. hinc ultima, ſeu quinta. ℥i. ʒi.

Os ſacrum. ℥iv. } Long. poll. 7. $\frac{3}{4}$
Os louygis. ʒi.

Oſſa utraque innominata ſimul ſumta. ℥XIV. ʒi.

Ambæ claviculæ ſimul ſumtæ ℥iß.

Oſſa duo humeri. ℥IX. ʒvij. Long. ped. 1. poll. 2 $\frac{1}{2}$.

Ambæ ulnæ. ℥IV. Long. poll. 11. $\frac{3}{4}$.

Ambo radii. ℥iij. Long. poll. 10. $\frac{3}{4}$.

Ambæ ſcapulæ ℥ij.

Sedecim oſſicula utriusque carpi ſimul ſumta. ʒvij.

Octo oſſicula utriusque metacarpi ſimul ſumta. ℥i. ʒij.

Triginta oſſa phalangum digitorum decem ſimul ſumta. ℥i. ʒiij.

Ambo oſſa femoris ℔ 2. ℥vi. Long. ped. 1. poll, 9 $\frac{1}{2}$.

Ambæ patellæ. ℥i. ʒi.

Ambæ Tibiæ. ℔ 1. ℥ij. Long. ped. 1.

Ambæ

Ambæ fibulæ. ℥iij. Long. ped. 1. poll. 5. lin. 10.

Quatuordecim oſſa Tarſi utriusque pedis ℥viij.

Aſtragalus ſolus. ℥i.

Calcaneum. ℥i. ʒvij.

Cuboides. ʒiij.

Tria cuneiformia ſimul ſumta. ℥ß.

Decem oſſa metatarſi ℥ijß.

Viginti octo oſſa phalang. digit. pedis ℥i.

Quatuor oſſa ſeſamoidea ℈i.

Pondus totius ſceleti ſimul ſumti libr. IX. unc. Xiij. drachm. iij℈i.

Index gravitatis oſſium cranii, & faciei in ſpecie, Calvariæ bene dealbatæ, perſonæ 16. annorum.

Os frontis. ℥i. ʒvi. Os occipitis ℥iß.

Duo oſſa parietalia. ℥iij. ʒv.

Duo oſſa temporum. ℥ij. ʒij.

Duo oſſa maxillæ ſuperioris ſine dentibus. ℥i.

Duo oſſa Zygomatica. ʒij.

Duo oſſa palatina. ℈ij.

Os ethmoideum. ʒi.

Duo oſſa naſalia. ℈i. gr. viij.

Duo oſſa turbinata inferiora. ℈i. gr. XIV.

Duo oſſa lachrymalia gr. viij.

Os vomeris. gr. XI.

Octo oſſicula auditus gr. iij.

Pondus totius calvariæ. unc. X. Drach. VI. gr. IV.

Os

Os hyoides ſcrup. I. gr. vi.

Longitudo interna totius ſpinæ usque ad finem coccygis. ped. 2. poll. 5 $\frac{1}{2}$.
Margo ſemicircularis ilei. poll. 10. lin. 10.
Margo ſuperior pubis. poll. 3. lin. 7.
Crus inferius oſſis pubis cum ſymphiſi poll. 2. lin. 10.
Calvaria in maxima ſua peripheria ped. 1. poll. 7 $\frac{1}{4}$. lin. 4.
Linea diagonalis ducta ab angulo infer. maxill. infer. ad proceſſum mastoideum. poll. 19. lin. 2.
Ab uno angulo inf. maxil. infer. ad alterum. poll. 7 $\frac{1}{4}$.
Longitudo pedis a calcaneo ad finem ultimæ phalangis digiti 2di. poll. 10 $\frac{1}{2}$.
Longitudo ab extremo carpi ad extremitatem ultimæ phalangis digiti medii. poll. 8 $\frac{1}{2}$.

Oſſa morboſa, & ſtructuræ præternaturalis.

1mo.

Calvaria, in qua ſutura coronalis in dextra parte ita coalita eſt, ut nullum ejus veſtigium adpareat.

2. Calvaria, ubi oſſa *Wormiana* in ſutura coronali duo adſunt.

3. Os

3. Os triquetrum magnum inter angulum inferiorem, & anteriorem offis parietatis inter alam offis fphænoidis, & temporis confpicitur.
4. Cranium neonati infantis, ubi maxilla fuperior integre divifa adparet; & anterius pars maxillæ fuperioris feparata prominet, inftructa duobus dentibus incifориis mediis majoribus,
5. Cranium, ubi adparent fracturæ diverfæ offis parietalis, cum fiffura completa incipiente ab angulo poftico fuperiori offis bregmatis dextri, feque extendente usque ad alam majorem offis fphænoidei lateris finiftri, ubi trepanatione facta portio offis parietalis, & partis fquammofæ offis temporum duos pollices lata excidit.
6. Caput fexagenarii, ubi os frontis adhuc per futuram pergentem ad radicem usque nafi eft divifum.
7. Calvaria fimilis Nro 6.
8. Os frontis fœminæ fexaginta quatuor annorum, quæ cariem $2\frac{1}{2}$. pollicem latam in offe frontis finiftri lateris a neglecta contufione habuit.
9. Calvaria, ubi in finiftro offe parietali foramen admodum latum adparet, per quod arteria parietalis anevrifmatica interna enkephali petebat.
10. Calvaria pueri mira, ubi omnes futuræ veræ concretæ ita, & abolitæ funt, utne

veſtigium quidem ſuturarum adpareat, quamvis puer quartum annum nondum exceſſerit.

11. Calvaria cum carie utriusque lamellæ oſſis frontalis integra.

12. Calvaria, ubi caries notabilis in latere poſteriori oſſis parietalis ſiniſtri conſpicitur.

13. Cranium, in quo fractura cernitur, per os occipitis ad foramen magnum uſque pergens per ſuturam lambdoideam, & ſagittalem.

14. Cranium, in quo fracturæ per oſſis temporum partem ſquammoſam uſque ad proceſſum Zygomaticum longitudinaliter, & transverſaliter fere cruciatim ſe ſecantes videntur; tandem alia in eodem cranio fractura totam partem petroſam findens, protracta ad Os parietale diverſis quoque locis fiſſum; interne ſella turcica transverſim, & os frontis in inferiori parte longitudinaliter fiſſa ſunt.

15. Calvaria pueri, ubi proceſſus oſſis cuneiformis in- & externe carioſi una cum primis duabus vertebris colli. NB. Medulla oblongata tota in cadavere inventa erat corrupta; puer tamen 12. ante mortem horis adhuc ſibi præſens erat, cibos adpetiit, & cum aliis confabulatus eſt.

16. Cranium, in quo ex fractura (per lapſum) oſſis frontis ſupra ſuturam coronalem penetrante os parietale oblique uſ-

que

que ad ſuturam ſagittalem per totum ejus decurſum, lambdoidea ſutura, & totum os occipitis uſque ad foramen ejus magnum integre fiſſum eſt.

17. Cranium, in quo demonſtratur tota pars orbitæ ſuperior fracta, & intropreſſa una cum fractura proceſſus naſalis maxillæ ſuperioris.

18. Cranium, ubi a lapſu nulla quidem fractura, ſed ſeceſſio integra totius ſuturæ lambdoideæ, totiusque ſuturæ ſquammoſæ oſſis temporum facta eſt, ita ut totum os temporis ex omni parte ſolutum ſit.

19. Cranium, cum fractura oſſis temporum per meatum integrum auditorium externum, interne vero transverſaliter totum os petroſum penetrante.

20. Cranium, ubi deficit ſutura ſagittalis.

21. Cranium, cum oſſe triquetro oblongo inter alam oſſis ſphænoidis, frontis, parietalis, & temporis duos pollices longo, quatuor lineas lato.

22. Maxilla inferior, in cujus dextro latere proceſſus ambo carie conſumti, angulus inferior autem uſque ad mentum quoque exeſus, ſed margo ſuperior, & inferior totus latitudine 18. linearum præternaturaliter adplanatus.

23. Maxilla inferior, ubi nullum amplius adparet veſtigium alveolorum, ita ut margo alveolaris ad foramina mentalia uſque abolitus ſit.

24. Os humeri dextrum, carie in ſubtiliſſima filamenta, & lamellas exceſum, cum exoſtoſibus variis.
25. Os humeri aliud topho venereo adfectum 4. poll. longo, 3. lato:
26. Os humeri ſiniſtrum, cujus tota pars inferior carie conſumta cum miris, variisque exoſtoſibus.
27. Os humeri ſiniſtrum, ubi fractura colli humeri adparet, quæ iterum concreta; in loco autem fracturæ exoſtoſes variæ conſpiciuntur.
28. Humerus, cujus corpus poſt fracturam in medio ſui corporis obliquam prægreſſam ab effluxu calli in tota circumferentia fracturæ craſſitiem triplo naturali majorem obtinuit.
29. Concretio integra articulationis cubiti cum humero, ex morbo hujus articulationis prægreſſo.
30. Ulna, & radius, ubi comminutione partis ſuperioris radii prægreſſa, feſtucis extractis, pars inferior radii per exoſtoſim intermediam ad pollicis latitudinem cum ulna coalita eſt, ita ut poſt curam integre abolita fuerit pronatio manus.
31. Manus puellæ 19. ann. cujus oſſa quinque metacarpi carie adfecta erant; ſenſim per naturam, & remedia adplicata inſenſibilis quaſi eorum exfoliatio, & extenuatio mira admodum facta erat, unde naturalis oſſium ſtructura, & figura plurimum

mum immutata: in pollice os metacarpi integre exfoliatum erat, prima autem phalanx pollicis ad eundem locum se demisit, & instar ossis metacarpi adcrevit, Phalangæ omnes integre exfoliatæ, ossa metacarpi autem ad pollicis longitudinem remanserunt.

32. Pars superior sterni cum duabus primis costis mire per veram concretionem in unum os coalita.

33. Diversæ costarum fracturæ, perfecte, callo formato, curatæ.

34. Vertebræ cum miris, variisque exostosibus, variæ.

35. Pars superior femoris, ubi post prægressam colli femoris fracturam ejusdem concretio integra demonstratur.

36. Caput ossis femoris integre mirum in modum cum acetabulo in unum corpus concretum.

37. Os femoris hominis 25. annorum venerei, marasmo extincti; ex hyperostosi crassitie duplo majus, quam in statu naturali esse solet.

38. Femur, in cujus superficie postica infra trochanterem minorem videtur exostosis benigna, repræsentans duos apices sursum respicientes, singulos longitudine $1\frac{1}{2}$. pollicis.

39. Os innominatum cum femore carie ubique ita exesum, ut totum ejus pondus 4. non nisi habeat uncias.

40. Femur finiftrum hominis jam ante 16. annos mortui, in cujus poftica parte exoftofis $3\frac{1}{2}$. libras (Stadtgewichtes *cujus 32. lothones faciunt libram*) modo adhuc ponderans, figuræ miræ, magnitudinis ftupendæ.

41. Varia offa femoris hyperoftofi affecta: NB. ex morbo exficcata, ubi tamen 1 7. unc; 2. 8. unc; 3. libram unam, cum uncia una; 4 libram unam cum unc: duabus; 5. libram unam cum unc: tribus; 6 & 7 quodlibet libram unam cum unc: novem cum dimidia habent.

42. Os femoris rachitici adulti arcus inftar incurvatum.

43. Os femoris, ubi poft fracturam ejus transverfalem factam per mufculorum contractionem pars inferior offis fracti ultra duos pollices furfum tracta, & adcreta eft in latere pofteriori partis fractæ fuperioris, ita ut femur cum exoftofibus variis enatis in loco concretionis triplo craffius evaferit.

44. Femoris fractura, & concretio præcedenti fere fimilis.

45. Femur, ubi prægreffa in medio fui corporis, a comminutione, fractura, carieque inde exorta (quæ non folum a perito Chirurgo curata, fed etiam feftucæ, quantum potuerunt, repofitæ, & callo adunatæ funt) femur tamen non multum exinde brevius factum, verumtamen a feftucis, callo in-

interpoſito, coalitis triplo in hoc loco craſſius evaſerit.

46. Femur ſiniſtrum, ubi in parte exteriori infra medietatem ejus corporis exoſtoſis 4.$\frac{1}{2}$. pollices longa, 3. poll. lata cernitur.

47. Femur dextrum in medio dupliciter fractum, cujus pars media adreta eſt binis extremis oblique, pars ſuperior autem ſe extendens verſus inferiorem, hami inſtar adcreta eſt inferiori extremitati. Mors anno poſt curam hujus fracturæ ex febri acuta ſequuta eſt.

48. Portio ſuperior oſſis femoris dextri, ubi caput per cariem integre conſumtum eſt.

49. Caput femoris carie ita conſumtum, ut nil niſi tenuiſſima filamenta telæ araneæ inſtar adpareant, & tota ſubſtantia non niſi IV. grana ponderet.

50. Femur, cujus collum fractum, ligamentum autem integrum perſtitit, interne a contuſione glandulæ inflamatio, ſuppuratio, & conſumtio orta, hinc adparuit poſt mortem, cur pes, licet fractus, eandem ſemper longitudinem examinatus oſtenderit, ac ſanus; quod in praxi bene notandum.

51. Pars inferior femoris, & ſuperior tibiæ, in quibus tota ſubſtantia ſpongioſa carie conſumta.

52. Sunt calculi centum ſeptuaginta duo variæ figuræ, & magnitudinis ex articulatione genu per inſtitutam inciſionem extra-

cti, hisque extractis æger in integrum restitutus.

53. Varia ossa femoris, tibiæ, fibulæ infantis rachitici, ubi hæc ossa in summa sui curvatura fracta, iterum coalita ostenduntur.

54. Tibia transversim discissa, cujus substantia compacta in spina anteriori 12. lin. in interiori 10. in exteriori 8. lineas æquabat.

55. Tibia puellæ 13. ann. spina ventosa exesa, ubi adparent simul in parte ejus superiori quatuor foramina communicantia, totam ossis substantiam internam penetrantia, videtur hic pulchre substantiæ ossium internæ in spina ventosa mira degeneratio.

56. Tibia cum fibula hic cernitur oblique fracta, & coalita, tibia autem versus partem posteriorem exostoses varias, magnas formavit, post mortem tota ejus substantia cariosa, & fibula inferius adcreta inventa est.

57. Tibia venerei, cujus tota superficies externa in statu sano plana, ac polita est, hic tota scabra & variis eminentiis prædita cernitur.

58. Tibia cum fractura obliqua, longitudinis quatuor pollicum, coalita ostenditur.

59. Fibula Venerei tota scabra uti tibia num. 57.

60. Fibula cum fractura transversa, eodem modo callo durissimo firmata, ut os femoris Nro. 43. & 44.
61. Tibia cum fibula, ubi fractura tibiæ obliqua prægressa, extremitas tibiæ inferior $2\frac{1}{2}$. poll. longitudine inter partem tibiæ superiorem, & fibulam suscepta, & cum iis concreta fuit.
62. Tibia, & fibula a fractura obliqua in sui medio prægressa callo intermedio ad se invicem adglutinatæ.
63. Tibia tota carie exesa, substantia interna cellulosa retis instar adparet, cum exostosibus variis.
64. Calcaneum integre fere carie consumtum, nihil enim de ejus substantia, quam articulatio sola remansit.
65. Calcaneum sinistrum integrum carie consumtum.
66. Os tibiæ in septem partes fractum, ubi tempore morbi tota medietas ossis 8. poll: longitudine in quinque frusta divisa, successive excerpta est, postea vero pars inferior ad superiorem per actionem musculorum accessit, & callo ad 3. poll. ubique enato mire concrevit, variisque exostosibus natis tota ossis substantia degeneravit.
67. Ungues pedis præternaturales viri 64. annorum, qui ex pigritia eos nunquam abscidit, quorum priores ultra tres pollices longi, instar cornu incurvati, alii recti

$1\frac{1}{2}$. poll: longi, ſinguli autem ultra quatuor lineas craſſi.

Præparata alia.

68. Vaſa arterioſa extremitatum ſuperiorum, & inferiorum, omnia cera rubra pulcherrime injecta.

Videtur hic rariori exemplo arteria radialis, quæ oritur ex arteria axillari, & ſolitaria ad volam manus uſque decurrit.

69. Vaſa tunicarum inteſtinorum tenuium ad minimos ramulos uſque cera rubra repleta.

70. Vaſa tunicæ muſculoſæ, vaſculoſæ, villoſæ, cujuslibet ſeparatim repleta.

71. Ductus thoracicus materiâ albâ repletus.

72. Similis Nro. 71.

73. Ductus thoracicus cera alba repletus, duplici trunco ex receptaculo chyli ortus, præparatum eximiæ notæ, oſtendit varias, ſubtiliſſimas, & miras, horum truncorum in adſcenſu ſuo inoſculationes, ſimulque eorum ſuperius, ante inſertionem, confluxum.

74. Placenta cum funiculo umbilicali, præparatum optimæ notæ, ubi arteriæ umbilicales cera rubra, & vena cera viridi ad minimas uſque placentæ ramificationes pulcherrime repletæ ſunt.

75. Placenta ſimilis Nro. 74.

76. Cor cum omnibus ex eo ortis vaſis ad quatuor pollicum diſtantiam repletum.
77. Similis Nro. 76.
78. Cor cum omnibus ex arcu aortæ ortis, extremitates ſuperiores, & enkephalum petentibus arteriis cera rubra repletum.
79. Pars inteſtini ilei, cum cæco, & parte coli, ubi ſtructura Valvulæ BAUHINI, cum frœnulis MORGAGNII optime conſpicitur.
80. Simile præparatum Nro. 79.
81. Inteſtinum colon diſciſſum, ut valvulæ ejus omnes bene videri poſſint.
82. Inteſtinum jejunum, eodem modo præparatum.
83. Ventriculus exſiccatus cum pyloro, ſecundum mediam ſuam longitudinem diſſciſſus, ut ſtructura pylori adpareat.
84. Cor integrum, ubi ſubſtantia ventriculorum integre demta eſt, exceptis columniis carneis, ita ut ventriculorum cava per columnas exſiccatas conſpiciantur; eodem modo auriculæ adparent, quæ ſuperius disſciſſæ, ut in orificio auriculæ dextræ adpareant valvulæ tricuſpidales in ſtatu naturali exſiccatæ, una cum habenis ſuis, & ſic etiam in ſiniſtro valvulæ mytrales, pari modo præparatæ: retro valvulam tricuſpidalem magnam, & mytralem majorem adparet in quolibet ventriculo foramen arterioſum, tendens ex ſiniſtro in aortam, & dextro in arteriam pul-

pulmonalem, in origine cujusvis arteriæ in conſpectum prodeunt valvulæ ſemilunares, cum parte arteriæ adnexæ omnia in ſitu naturali exſiccata; adparet præterea in auricula dextra orificium venoſum venæ coronariæ cordis, cum valvula ſua ſemilunari, dein orificium venæ cavæ inferioris cum valvula ſua Euſtachiana; adparet & ſeptum interauriculare extenſum, cum foraminis ovalis veſtigio: adparent retro valvulas ſemilunares orificia arteriarum coronariarum cordis. Omnes hæ partes in corde viſibiles, ſunt in ſtatu naturali, & hominis adulti.

85. Idem præparatum ex bove, ubi magnitudinis differentia a præparato præcedenti humano luſtrari poteſt.

86. Simile præparatum Nro. 84.

87. Ventriculus cordis dexter ſolus ſimili modo cum omnibus quæ ad eum pertinent præparatus ut Nro. 84.

88. Valvulæ tricuſpidales cum ſemilunaribus cohærentibus ſingulariter præparatæ.

89. Valvulæ mytrales cum ſemilunaribus cohærentibus ſingulariter præparatæ.

90. Valvulæ omnes ſolæ diviſæ præparatæ.

91. Portio inteſtini jejuni, ubi proceſſus præternaturalis, eadem ſtructura, diametro, ac inteſtinum ipſum ad angulum rectum enatus longitudine $1\frac{1}{2}$. poll:, ut cum ipſo inteſtino figuram T. repræſentet,

Præ-

Præparata hæc a Nro. 68. ſunt quoque a ſupra laudato amico meo *Car.* Arnold.

92. Oculus artificialis ex ebore, qui fabricam oculi naturalis pulcherrime exhibet.

93. Auris partes omnes artificioſe ex ebore quoque confectæ.

94. Calculi varii renales, qui figuram pelveos renum, & ureterum integre referunt.

PRÆPARATA.

IN SPIRITU VINI ADSERVATA.

I. Saccus anevriſmaticus pugni virilis magnitudine, cujus parietes digitum craſſitie æquant, inventus. Dum ob anevriſma ſubpopliteum, femore ex conſilio amputato, poſt amputationem inquiſitio anevriſmatis fieret, reperiebatur anevriſmatis hujus ſedes in illa parte trunci arteriæ cruralis quæ ſubpoplitæa vocatur; ſed prope ſaccum eſt inventus ramus alius lateralis ſuperius ortus calami ſcriptorii mediocris diametrum habens arterioſus, qui ſub ſacco decurrens, eidem firmiſſime adcretus, & a compreſſione anevriſmatis in ligamentum ita concretus, ut omni diligentia adhibita nullum tamen cavitatis veſtigium inventum fuerit: cernuntur & alii rami laterales ſuperius orti ex eadem arteria. An non ergo hic per operationem anevriſmatis pes ſervari potuiſſet?

Hu-

II. Humerus cum Scapula, & clavicula, ubi olim amputatione in humero facta mulier exinde curata, multos post annos dein alio morbo defuncta erat; post mortem brachium in quo amputatio facta, anatomice examinatum est, & reperti sunt nervi brachiales miro spectaculo in suo fine, ubi in amputatione dissecti erant, in nodos condensati, nucis avellanæ majoris figura, & magnitudine. Phænomenon certe inquisitu dignissimum.

Adparet simul in eodem præparato arteria brachialis, ubi ligatura ejus facta erat, ad digiti latitudinem concreta & multo tenuior facta.

III. Præparatum constans ex utero, vagina, & intestino recto ex cadavere mulieris 28. ann. defunctæ ob hydropem pectoris, & ascitem 8. Dec. 1770. desumtum. Peperit hæc fœmina quatuor ante annos prima & ultima vice, ab illo tempore semper infirma erat, menstruis penitus carebat, sed sæpius fluxum sanguinis hæmoroidarium (ut dicebat) habuit, postea in hydropem incidit, ex quo obiit. In thoracis cavitate dextra aqua multa, in sinistra pauca, & in pericardio consueta aderat. Pulmones & cor sanum. In abdomine libræ octo aquæ. Ovarium dextrum pugni virilis magnitudine, sinistrum naturali duplo majus, dissectum quodlibet amurcam sanguineam fudit, tubæ *Fallopianæ* ambæ concretæ, sinistra naturalis, dextra scirrhosa ovario suo adcreta erat. Uterus naturali non gravido duplo major fuit, Va-

gi-

gina uno digito ſupra ipſius orificium externum cicatrice unum digitum craſſa, & firmiſſima integre concreta, ſupra cicatricem a parte poſteriori inciſa profundebat ſanguinem pro parte liquidum, pro parte concretum; collum uteri nullum, adeoque nullum ejus orificium internum exiſtebat; cavum tantum magnitudine, & figura ovo gallinaceo ſimile ſe repræſentabat, uteri craſſities circiter ſex linearum. Poſtquam inteſtinum rectum in parte poſteriori ſecundum longitudinem diſciſſum erat, quatuor digitos ſupra anum plicam transverſam, ad ſex lineas latam, in medio frænulo quaſi ſuſpenſam, & diviſam, valvulæ venæ ſimilem exhibuit, ad ejus dextram foramen calamum ſcriptorium facile admittens ad cavitatem uteri adcurate ſupra cicatricem ſtylum ducebat.

Patet hic fluxum ſanguinis quem fœmina per anum experiebatur, non fuiſſe hæmorrhoidarium, ſed menſtruum.

Vaginæ uteri concretio videtur nata fuiſſe ex ejus in partu prægreſſa læſione. Transmiſit hoc præparatum cum hiſtoria morbi *Joſ.* MEDERER Chyrurgus dexterrimus cohortis *Princip.* PONIATOWSKY primarius *Clar. Profeſſori* LEBER, qui dein idem una cum præparatis (num. 1. 5. 6. 7. 9.) Univerſitati dono dedit.

IV. Gemelli octimeſtres vivi in lucem editi, ambo ſexus fœminini, concreti. Concretio incipit ab inferiori parte ſterni pergens uſque ad umbilicum, angulus concretionis ad ſternum eſt 70. circiter graduum, ita tamen, ut

pars

pars inferior pectoris amborum infantum usqu ad umbilicum unum quasi pectus efformare v deatur , ab umbilico autem versus inferior iterum separati sunt. Facies faciem respicit Funiculus umbicalis unus est, prodiens in me dio inter utriusque abdomen concretum Quilibet infans suas extremitates superiores, inferiores habet, reliqua omnia sunt naturali Et hoc ipsum est donum a *Celsiss. Princ. Caro* *de* LIECHTENSTEIN.

V. Monstrum referens gemellos concret sexus fœminini, maturos, quarto post pa tum die mortuos. Eodem modo uti i priori concretio incipit, sed magis laterali ter, ubi illi in medio fere concreti erant; h concretio obliqua versus inferiora sensim m gis, magisque in parte anteriori recedit, ita ut spina dorsi amborum infantum inferius a gulum acutum formet: vi hujus concretion anterior superficies thoracis, & abdomin utriusque est multo latior posteriori, hinc gemelli versus inferiora simplex corpus const tuunt, & duæ tantum nates adsunt, dextra infante dextro, sinistra ab infante sinistro hinc & unum anum habent, supra quem e crescentia conspicitur similis alæ anatis adult deplumatæ; partes genitales sunt simplic muliebres, pedes duo adsunt, brachia qu tuor. Longitudo totius Monstri est 15. po licum. Cum multo plura, & ampliori desc ptione longe dignissima de structura utroru que horum infantum concretorum intern quam

quam ſupra laudatus *Car* ARNOLD ſummo ſtudio anatomice inquiſivit, dicenda eſſent, quod limites diſſertationis meæ transgreditur, & cum ſimul icones ad exactam eorum cognitionem requirantur, hæc modo omitto.

VI. Fœtus 7. ſeptimanarum, qui caput unum ſed facies duas, anterius unam, poſterius alteram, exhibet, cum omnibus partibus quæ naturaliter ad faciem pertinent; aures duas habet, cæterum corpus ſimplex & naturale eſt, extremitates vero ſuperiores, & inferiores duplices.

VII. Infans neonatus, extremitatibus ſuperioribus integre carens.

VIII. Abortus ſemeſtris cera effictus Oeniponto huc transmiſſus, cujus forma tota naturalis; aſt naturali huic abortui inter commiſſuram crurum interjacet pelvis cum extremitatibus inferioribus aliûs fœtûs perinæo prioris adcreta, quin de hoc alio fætu quidquam præter hanc pelvim, & extremitates adſit: ſunt autem duæ hæ alienæ extremitates ſuper abdomen abortus naturalis reclinatæ, & extenſæ, in ſuperficie interna cruris ſiniſtri perfecti fœtus pudenda muliebria adparent, & in ſuperficie interna cruris dextri partes genitales maris.

IX. Uterus 6. menſe gravidus, una cum fœtu contento diſciſſus, qui in ſectione cadaveris fœminæ Hydrope pectoris, pericardii, & aſcite defunctæ inventus.

X. In Collegio medico publice expoſita eſt effigies fœtus humani (quem exanimem Titmoningæ Juvavicæ IV. nonas Maji 1757. fæmina de plebe poſt 8. horarum cruciatus incolumis enixa eſt) monſtroſam formam referens, repræſentans duos infantes lateribus concretos; gypſea forma huc transmiſſa.

THESES MEDICÆ.

1.

Effectuum electricitatis obſervationes nos docent, eam non indiſtincte in omni paralyſi adhibendam eſſe, ſed tantum quum nec febris, nec plethoræ, nec ſpaſmi Vires nocivæ timendæ; ſimulque inde cognoſcimus, cur varii adeo, modo nulli, modo optimi, non raro & mali hujus remedii effectus.

2.

Scabiei cauſa & exanthematum ſemper animalcula non ſunt, quidquid Kircherus, Paullini, Langius, Hauptmannus, Andry, Linnæus, Brocklesby, aliique adferant, & opponant in contrarium.

3.

Ad revocandam ſcabiem retropulſam aliis omnibus ſæpe incaſſum tentatis, ſcabioſus lecti ſocius optimum eſt remedium.

4.

4.

Paregorica in arthritide non danda ſunt in veſpertina dolorum, & febris exarcebatione, niſi ſymptomatum urgente vehementia; ſed tempore matutino, ægri tunc per ea aptiores fiunt ad dolores veſpertinos ſuſtinendos: *Illuſtriſſ.* STÖRCK.

5.

• Methodus curandi *Colicam Pictonum* per emetica minus tuta eſt, ipſisque artis principiis repugnare videtur; præferenda ſunt emollientia, & oleoſa per os, anumque data cum blandis eccoproticis, omnique ſtimulo majori abſtinendum; hæc methodus ſola colicæ hujus curam egregie abſolvit, quidquid contra opponant *Cl.* DOAZAN, *gallique* medici plures.

6.

Decoctum radic. *Lobeliæ* (*Rapuntium americanum flore dilute cæruleo Tournefortii*) *Amemericanis ſeptentrionalibus* certum eſt, & ſpecificum, paucis abhinc annis in *Europa* cognitum contra luem veneream medicamentum.

7.

Volutatio ciborum infantum in ore nutricis edentulo, fœtido, ſaliva acriori imbuto prorſus eſt prohibenda; calidusne cibus ſit, an bene compoſitus, aliis modis explorari poteſt; nec opus eſt ut ſingula cochlearia putidum hoc ſubeant examen. Morborum non-

nullo-

nullorum infantilium certa ex hoc capite, & fufficiens deducenda eft caufa.

8.

Inveterato quidem, fed peffimo more infantes recens nati fafciis ftrictis torquentur. Pravum eft commune eorum ex pulte farinacea alimentum. Perverfa methodus clamantibus femper ubera præbere, illico, aut facharum ad fuctionem dare. Plures inde, iique graves infantum morbi originem fuam ducunt: convenit proalimento lac maternum, aut puls ex pane bis cocto cum lacte; profunt balnea frigida, quæ corpus firmum reddunt, mundumque confervant; mire conducit omnimoda veftium laxitas, & levitas cum munditie conjuncta, ut corpufculum debitum capere queat, rectumque incrementum.

Addenda.

NB. Sceleton illud majus a me (additis ponderum, & menfurarum rationibus) defcriptum, confectum eft, & inftructum a fupra laudato amico meo Dno. *Carolo* ARNOLD, quod omiffum, hic fupplere lubens volui.

F I N I S.